

praeiudicata fuerit. Unde & de Romanis ve-
 ricè Satyricus canit, idq; post infinitas foris obten-
 ter utas victorias:

Nunc patimur longa pacis mala, saevior armis
 Luptura incubit victamq; ulciscitur urbem.
 In verò mordacitati Poëtica moderatam iudicii
 Historici fidem anteponitis: Valerii Maximi Supra-
 gium audite! Belli sanè negotium, inquit ille, nomine
 horridum civitatis Romanae mores in suo statu cor-
 rumpit; blanda appellatiois quies plurimè vitis re-
 perfit. Causam rei hujus poscitis? Prudentia Ma-
 gister Tacitus suggerit: dum felicitate nos corrup-
 tiora pronunciat. Eod si tamen nova magis delectent;
 intuemini mecum rem omnem ingeniosissimam picturam
 proferam: quae Anno M. DC. LI. Nonberge
 adibus legati Gallici suspensa videbatur. Lap-
 si manu pretenderat opulentiam, opulentiam op-
 superbiam, superbia deinde Bellonam, Bellona verò
 paupertatem, sed ista tandem humilitatem: qui-
 bus omnibus addita erat Fortuna, inflatam ad
 ripudium utriculam, ipsis praecinens. O picturam
 regiam ac verè regiam! Dignam profecto, quae
 omnibus Principum armamentariis aureis colo-
 ribus depicta suffigatur! Nihil enim verius,
 nihil item luculentius, quam Bellonam, utut horri-
 dam suis incommodis minimè vacuum, multos pau-
 peritate ad laboriositatem, miseriarum cumulo ad
 precum affiduitatem, metu autem impendentium re-